



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm
Christianarvm Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Robertvs Cardinalis Bellarminvs Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

Alia quoque multa scripsisse dicitur: Epistolas, sermones, & diversos tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt. Moritur sub Ludovico Imperatore, filio Caroli Magni, Anno Domini DCCCXXXIIII. Indictione XIII. Sepultus in Ecclesia Sancti Stephani Halberstatensi.

ROBERTVS CARDINALIS BELLARMINVS
Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis

HA YMO Episcopus Halberstatensis discipulus quondam Alcuini plurima dicitur scripsisse in omnes scripturæ divinæ libros. Sed utrum omnia extent, ignoro.
Extant *Commentaria in Psalmos*. Item in *Epistolas omnes S. Pauli*.
Item *Prophetas omnes*. Item in *Apocalypsim*.
Item in *Evangelia homiliarum libri II*. Item de *Christianarum rerum memoria libri III*.

O B S E R V A T I O .

Inter libros Haymonis ponitur expositio in *Canticis*. Eadem *Cassiodoro & S. Thome* tribuitur. Cujusautem sit, difficile est judicare. Sed ratio docere videtur, antiquiori esse tribuendam. Obiit anno domini 853. Ex Annalibus Card. Baronij ad hunc annum. Alij aliter scribunt.

I O H A N N E S P I T S E V S
De Illustribus Angliae Scriptoribus
Edit. Paris. 1619. pag. 146.

HA YMO Anglo saxo, Hunc nonnulli Dionistianum vocant, venerabilis Bedæ non frater, sed potius consanguineus, ordinis S. Benedicti Monachus. Hic postquam in Anglia sub Alcuino præceptore optimas quasque disciplinas avide hausisset, instructus jam multiplici scientia, Germaniam prædicandi